

IOANNIS OROSCII,

REGII IN PINCIANA CVRIA

Consiliarij, Doctoris Antecessorisque olim Salmanticensis, Ad responsa prudentum, Commentarij.


Duo hi Tomi, in Priores integrósque Digestorum duos Libros

sunt. Legum contextus ipse totus, ad Florentini exemplaris fidem, diligenter excusus. Animaduersum tamen passim, si quid est, quod vel de editione illa, vel Haloandri, vel alijs, Lectorem admoneri oporteat.

ADIECTI SVNT INDICES RERVM,
Vocum, Legum, locupletissimi.

Num. AA. Cap. I. num. 18.

12
1055



SALMANTICAE,

In ædibus Andreae à Portonarijs. S. C. M. Typógraphi.

M. D. L. V. I. I.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

AD PHILIPPVM MAXIMVM

Hispaniarum, Angliæ, Franciæ, Neapolis, Siciliae, &c,

Regem inuictissimum, Ioannis Orosij, In

Commentarios, Ad responsa

prudentum,



P R A E F A T I O.



Cio ego, Philippe Maxime, nihil à me tantum elaborari potuisse vnquam, quod vel Maiestati tuæ respondeat, vel me, aliqua saltem ex parte, eo nexu liberet, quo tibi totus deuincior. Nam & tu me immerentem, summis beneficijs, vltro semper afficis, & qui honores iure tibi debentur, maiores profectò sunt, quàm qui aut ab hominibus tuis, quotquot illi sunt, aut exteris etiam tribui possint, tantum abest vt eos nostra hæc tenuitas, ad aliquid præstet. Sed cum vos, qui mundum tenentes, virtute sapientiaque vestra regitis, quàm proximè ad Deum accedere, bene dictum iam olim sit, tum id vel maximè, verissimum in hoc priuati experimur, quòd quæ à nobis offeruntur, Principes quo maiores melioresque sunt, hoc voluntate magis dantis, quàm rei ipsius pretio aestimare solent. Iure id optimo, vt mihi quidem videtur, nam præterquam quòd hoc ipso, Deo similiores videntur, tum operæ pretium voluntas est: nec quicquam est, quod ita Principem deceat, quàm vt bonos, charosque sibi subditos multos habeat: neque rursus, subditorum proprium quid magis esse potest, quàm vt quoquo modo possint, domini gratiam prompta egregiaque voluntate demereant. Porrò ea, vt & amor, nullo magis quàm se ipsa emitur. Et me igitur, spes non destituit futurum, vt quæ pauperibus facris (quod ille ait) vilia thura, nunc à me tibi dantur, quo animo maxima ipse das, hoc, exigua licèt, æquissimo accipias. Planè enim Regij ingentisque animi libramentum vtrumque hoc, & quòd alijs dando, quæ eximia tua liberalitas est, quantum potes, eos tantum extollis: & contra, quòd vt accipias, quod tamen vix est vt facias, sic te de fastigio tuo demittis, vt humilitati eorum, qui tibi seruiunt, conformes. Visum est autem argumenti genus hoc, te vel cum primis dignum: de iustitia enim & iure, toto hoc opere Digestorum, Iurisconsulti tractant, tu verò iustitiæ cultor es, boni æqui que obseruantissimus, cuius ars hæc nostra esse dicitur. Ostendit id, vt cætera omittam, summa tua erga Deum, resque diuinas religio. Animus hic clementissimus, in vniuersi populi Christiani concordiam, plus quàm exprim

† 2 possit,

LECTORIBVS.



Vm sit tempus, bone Lector, in sumptuum om-

nium in sumptus vel pretiosissimus, cæ demum horæ, bene, dubio procul collocari dicuntur, quas cultui diuino impendimus: neque enim homine occupatio vlla dignior, hac ipsa videri debet, propter quam homo formatus est. Cæterum, & quæ studijs temporis honestis tribuuntur, hæc etiam se non perdidisse, studiosi qui sunt, merito arbitrantur. Naturale siquidem animi pabulum, consideratio est, qua illa censentur, fierique horum ope videmus, vt qua maximè parte, cæteris animantibus, genus hominum præstat, hac ipsi, vicissim inter se, stultis scilicet (vt ille inquit) intelligentes intersint. Vt eorum, in dies magis probem sententiam, quibus hæc quæ sine literis vita transigitur, non vita sed mors, & viui potius hominis sepultura appellata est. Porro, vt studia sua cuique placent (alia enim alios delectant.) vtque omnia recta modò honestaque sint iure in pretio habentur: sic iuris ciuile nostratia hæc, boni æquique plena prorsus, magno naturæ, gentium, populorum omnium consensu, xii totius iusta semper atque perpetua serie, diuina quadam prouidentia, quotidie magis ac magis virent, florent, crescunt, ornantur. Et merito. Quid enim, sine professionis huius (sacras literas semper excipimus) excellentius est? Quid materia utilius, authoribus grauius, eorum dictione splendidius, rationibus quibus mouentur acutius? Quid rerum, quæ à Iurisconsultis tractantur, cognitione homini dulcius? Quid varietate propter quam natura ipsa pulchra est iure ciuili pulchrius? Quid in ipsa hac varietate constantius, certius, æquabilius, excogitari potuit? Dicam audacter, omnia in vnum si coaserantur, quæ in alijs disciplinis, vel desyderari, vel laude digna videri solent, in vno iuris studio, perfecta adeò deprehendas, vt in alijs singula admirationi sunt. Huius igitur studij amorem, à pueritia ipse accensus (vt nunc reliquum vitæ meæ cursum omittam) quatuordecim plus minus annis, Salmanticæ (quæ domus hodie doctrinæ habita est) Ius ciuile publicè interpretatus sum, qua id cum laude, quo auditorum applausu, alij dicant. Cùm autem, sexennium est, Caroli Maximi iussu, illinc euocarer, vt fisci patronus essem, non leues causæ fuerunt, quibus me excusarem: tricennio rursus ab hinc in Pincianæ curiæ consilium allectus: Principis, omnium quos terratulis excellentissimi, iussu non obtemperare, nefas sum arbitratus. Itaque Salmantica Salmanticæque rebus relictis huc me contuli daturus operam, quantum in me erit, quantumque durabo, vt ne officio vnquam, aut ne mihi ipsi potius, defuisse videar. Verùm eam uero diu iam est, cùm studiosorum expostulationibus, facere satis vix possum, qui velut quodam suo iure quasi & in his villicationis ratio reddenda sit hoc à me eslagitant, vt eorum, quæ in scholis diximus, si non si mul omnia, at saltem vnum aliquid in vulgus edam. Sed moraris (aiebant & nunc quoque cum Catullo aiunt) abit dies. Prodeas: Celerius (vt in prouerbio est) elephantum patient. An dubitas, quin hæc, quæ dicta placere multis, scripta nocere nemini, prodesse non paucis videri possunt, & tibi laudi, & cæteris vsui futura sint? Denique, & fidei in lectionibus meis quotidianis, de hoc à me olim promissæ, non semel admonent: & ne fallam, strictius vrgent: nec defunt, qui Homericum illud occinant.

ἄνευ τοῦ διὰ τὸν μέγιστον, καὶ ὁμοῦ τὸ εὖ δεῖναι.

EN ergo tandem (quis enim multorum, amicorum præsertim vocibus non acquiescat?) lectionum quotidianarum, ad Responsta prudentiam Commentarij nostri, nunc primùm in lucem prodeunt: quos, vtinam qua nos damus voluntate, hac alij excipiant: nostra siquidem hæc vna est, eritque semper, vt quomodo possumus (si quid id est) publicæ utilitati per nos consulatur, & studia iuris iuuentur: aliorum verò vt humana iudicia sunt varia fortassis futura est. Obijciat enim aliquis, quem in limine vt dicitur operis titulus solus offendet, quòd aduersus Iustiniani sanctum edictum, Commentarios & appellem & faciam. Ac fateor quidem ipse, vetuit Imperator, ne legibus quisquam Commentarios annectere auderet, tantumque, vel translationem, κατὰ πρόβλητον permissit, vel annotationes per titulorum subtilitatem, quæ παρατίτλα nuncupantur. Sed, vt de nomine primùm agamus, non tam nomen, quàm rem prohibuit, & alias (inquit) legum interpretationes, imò magis peruersiones, eos iactare non concedimus, ne verbositas eorum aliquod legibus nostris adferat ex confusione dedecus &c. Cur itaque hæc nos sidenter contemnimus? Respondeo, quia infanti, penè dixerim, ante nos idem ausi sunt. Neque vilius, in hoc culpa maior, quàm Iustiniani ipsius. Cuius certè rei, paulò altius, vt hominibus quoque alienæ professionis, & vel idiotis, satisf-

† 3 faciamus,

* I N N O M I N E * D O M I N I .

* Amen *, Iustiniani sacratissimi Principis perpetui Augusti iuris enucleati ex omni vetere * iure * collecti, Digestorum, seu Pandectarum.

LIBER PRIMVS.

- 1 **I** N V O C A T I O nominis domini, omiſſa non vitiat instrumentum.
- 2 Iustinianus Imperator Christianus.
- 3 Iustiniani duo, & infra num. 9.
- 4 Imperator nisi Christianus hodie esse non potest.
- 5 Philippus Imperatorum primus, vera fidei cultum amplexus est.
- 6 Christianus qui non est, non potest habere ad ministracionem publicam.
- 7 Iudæus non potest esse tutor Christiani.
- 8 Iudæus ad officia, aut honores an admittatur?
- 9 Imperator cur dicatur perpetuus.
- 10 Augustus unde dictus?
- 11 Pontifex unde dictus?
- 12 Magistratus & magistrum unde dicti?
- 13 Fures ex animi propositione sola dici.
- 14 Enucleatum ius Iustiniani.

præcipue datur, vt eam bonis moribus instruat. An & magistratus, Doctor, Iudex, advocatus, tabellio? Claudius, Iason, & alij latius.

IUSTINIANI.) Iustiniani duo, maior, & minor, hic maior est, Iustini maioris, ex sorore nepos, à quo & adoptatus, & Imperij particeps, & Cæsar factus, anno salutis quingentesimo vigesimo nono.

PERPETVI.) Generalis enim, mundi dominus, semper Augustus: An & quia iustitiæ cultor, quæ constans & perpetua voluntas est?

AVGVSTI.) Huius enim propositi esse debet, vt Imperium augeat, sic & Pontifex, quia pontem faciat ad vitam æternam, quæ recentiorum interpretationes sunt, dicti enim Pontifices olim, quod in magis rebus perficiendis potentes essent, auctore in Numæ vita Plutarcho. Sic magistratus, & magistrum, quod magis cæteris, curam & sollicitudinem, rebus quibus præ sunt, præstare debeant, & his similia non pauca, quæ per locum ab affecto dicuntur, nam & fur ex animi propositione sola, aliqua significatione appellari quis potest.

ENUCLEATI.) Peraminibus igitur reiectis, pignori nucleas relictus est, at vtinam, tot bonorum auctorum scriptis, hodie non careremus. Quæ enim, horum magna pars est, qui in eorum locum successerunt? Et hæc, de titulo hoc operis satis (qui licet desit, in emendationibus codicibus, & in Florentino, pro In nomine domini, Domini nostri, de Iustiniano videlicet scriptum sit) omittendus tamen non fuit, vt pote, & Christiano Principe dignus, & quem Accursius, Bartolus, & cæteri agnoscunt.

g. in capu laudu. C. de nupt.

b. l. de precatio. ff. ad l. q. ad. de iur. i. supra in rubr. jam.

h. Alciati in l. Taberna. ff. de iur. h. sigm.

i. l. de iur. i. supra. ff. de verb. signi.

m. l. i. in i. supra. ff. de verb. signi.

IN NOME DNI.)

Adnotat Bartolus hinc primum, nomen Dei invocandum, etiam ab Imperatore. Sed ea solennitatis omiſſio, instrumentum non vitiat.

- 2 Deinde, fuisse Iustinianum Christianum, quod de nostro hoc intelligimus, nam Iustinianum alterum, eius nominis secundum in hæresim Pelagianam collapsum, historici omnes affirmant. Præterea, non futurum Imperatorem, nisi fuisset Christianus, id quod hodie verum est, namq; olim Ethnicum Imperatorem multi, Primusq; Philippus, veræ fidei cultum amplexus est. Deniq; ipsi qui Christiani non sunt, Reipublicæ administrationem interdicitam, tractat & obiter, Num possit esse Christiani tutor Iudæus? Et verior opinio est, vt non possit, eò vel maxime, qd tutor personæ

a. Bartolus in rubr. jam. na. & hinc b. Alex. i. l. iuris gentium. q. 97. f. de pass. e. c. habet librum. 16. dist. 11. d. c. veneta bibl. de eccl. clem. 2. 1. manus in iuram. e. c. omni. iur. 17. q. 4. f. 105. vbi. de. Claud. col. 200.

a L. p. in 22.
b L. cōfiliis
 v. in l. in con
 siliarijs. C. de
 aff. ff. l. con
 siliarijs. su
 pra.
c Gl. in au
 thent. offera
 tur. gl. pra
 bitis. de lit.
 cotest. An
 gel. si nō
 forte. q. in
 verum. n. 2.
 de cōdi. ide.
 9
 glo. in d. 3.
 i. affessoris. i.
 gl. moderat
 d. 4.
d Purp. c. l.
 d. i. f. in d.
 nu. 17.
e Gl. in d.
 m. statutu
 in gl. ex in
 v. iudicatio.
 de elect.
f l. p. in
 C. de anno.
 C. capiat.
 g. l. 7. in
 16. lib. 2. or.
 b. Bar. in l.
 v. in C. de
 mulier. C. i.
 q. in l. in
 Alex. in 2.
 v. in consil.
 68. col. 1.
i Bar. in l. pen. C. de in. f. lib. 20. R. Secus in l. d. in f. in d. v. in l. C. de
 cialap. q. 31. l. Ang. in l. si non serem. q. lib. verum. nu. 8. ff. de cond. ind. b.

post antiquiores docuerunt: & vsu etiam fieri quotidie videmus in his affessoribus, quibus iudices (tūc præsertim, cū ipsi recu santur) iuræ cōponendæ arbitrium cōmitunt. Quibus casibus Regia quædā lex^o in telligenda est, quæ de affessorū salarijs loquitur. Neq; eū eorū probari pōt opinio, qui cōsiliarios illic, id est, aduocatos, ac nō potius (id quod res est^b) id est, assessores accipiūt. Soluent præterea partes affessoribus, si de hoc aut lex municipalis fuerit, aut cōsuetudo: vt admonemur tū, eiusmodi cōsuetudinē (quæ cōiter traditū Purpuratus af firmat^d) in foro cōscientiæ vix esse tutā^e. Ego subsisto, qd scia cōsuetudini legē^f in hoc assistere, cuius ipsi nō meminerunt. Sed quid si gñraliter affessor assumitur, id est, p tēpore magistratus? Et Decius huic de publico solui debere ait, legis nostræ ar gumento. Idēq; Albericus existimat in af fessoribus, qui à principibus dentur: quod vt rone; iure quoq; nō procedit^g, quo sa laria Correctoribus, alijsq; officijs perpe tuis de publico solueda sunt: aut si bona cōmunia populus nō habuerit, collatiōe eorū qui in tributa cōferre solēt, res expedie tur: quæ collecta (ne & hoc omittā) per sin gularū capita fiet^h. Sed nunquid expensæ affessoris ducēdi, reducēdiq; in patriā à iudice sicut? Et has quoq; ab eo præstādas ex Bartoloⁱ Socinus^k & Gaccialupus simplici ter colligūt. Verūm Bartolas posita cōsue tudine loquitur. Atq; ita eius verba, Ange

lusⁱ, Paulus^m, Alexanderⁿ, & Purpuratus^o interpretantur. Non ergo iure onus hoc spectabit ad iudicē. tantū illud, vt affessori salariū præstet. Porro publicū salarium, vt cōstitutū in, denegandū non est^p: sic dan dū nemini erit^q, nisi vel princeps expres sim iubeat, vel ex causa publicæ necessita tis: vt cū ei propositū est, qui grassatorem, aut ferā bestia cōprehendat^r. Quid igitur municipia faciunt, dū salaria Principe in cōsulto præstirunt? Respōdeo, nisi cōsue tudine excusentur, iure id nō faciūt^s. Con suetudine verò inductū hoc esse, Alberic^o testis est^t. Quod ego ita demū sequar, dū ne ea repugnent, quæ de cōsuetudine testi monio doctoris probāda tradūtur: de qui bus suo loco diximus^v. Oportebit igitur apud nos consuetudinē (si fisci fortē patronus, aut alius cōtendat) à municipio proba ri. Neq; enim de totius orbis cōsuetudine Alberic^o aut intellexit, aut intelligere po tuit. Scitumq; verus illud est, Mores homi num regioni rādēt. In summa meminisse semper necesse erit, vt ij, quib^o salaria præstiruntur curæ est, nō laboris tantū, verūm & dignitatis rationē habeant^u. Quæ rōne receptius hoc est, vt pro præteritis quoq; laboribus, nedū pro futuris, sicut aduoca tis, honoraria accipere licet^w, sic iudicib^o præstitui de publico salaria & possint, & debeēt^x. Hoc enim esse, quod Papinianus cum tam labor (inquit^y) quam pecunia di uisionem recipiant.

m Paul. in
 l. si prince. q.
 glo. in ff. de
 v. in glo. at
 ceu.
n Alberic^o
 l. stipulatio
 ne. i. ff. de
 verb. oblige
 o. v. in p. in
 l. diem fano
 ff. de iur. iudi
 c. nu. 166.
o Purp. in
 l. diem fano
 ff. de iur. iudi
 c. nu. 166.
p Alberic^o
 de depol. q.
 primo.
q l. v. in
 C. de prob.
r Dec. hic
 in l. in co
 lum. q. ff. de
 iur. iudi. c. i.
s l. si p. in
 de off. p. in
 t. Alberic^o
 l. Ambicio
 ja. ad fin. ff.
 de decet. ab
 verb. faci.
t l. in d. q.
 in m. in d.
 ff. de legiti.
 x. la. C. de
 adu. diacr.
 in d.
u l. in l.
 ne quicquā.
 v. in d. ff. de
 off. p. in
 Alberic^o
 de
 verb. signi.
v Cur. in d. in
 l. d. in f. in d. supra. nu. 26. x. l. in d. in principio. ff. de anno. lega.

Finis Commentariorum Ioannis Orosij in primum librum Pandectarum.

Excudebatur Salmanticæ in officina literaria Andreæ à Portonarijs. S. C. C. M. Typographi. Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, Pridie Calendas Februa rias.

LIBER SECVNDVS.

De Iurisdictione.

- 1 Generalia post specialia poni nouū non est.
- 2 Rubrica de regu. iur. cur totū iuris compilatio ni subiicitur.
- 3 Rubrica de actionibus, cur proprio titulo posita est.
- 4 Communia de legatis, & similes rubricae, quae ratione sic inscribantur.
- 5 Iurisdictionis appellatione an comprehendatur non solum Ordinaria, verum & delegata iurisdictione.



Actenus, de

officijs & iurisdictione specialiter, nunc titulus communis annectitur.

1 **N**ouum enim non est, ut specialiter quibusdam enumeratis, generalia subiiciat verbū, quo specialia quae complectatur. Sic rubrica de regulis iuris, totū iuris cōpilatiōi subiecta est. 2 Sic altera illa de actionibus communiter tractat, cum tamen, actiones singulae sparsim, per totum ferē iuris corpus tradatur. 3 Sic communia vtriusq; iudicij, communia de legatis, communia de successionebus, communia de manumissionibus, communia de vluceptionibus, communia praediorum, quae pari ratione ponuntur. Tractatus igitur hic generalis est, de ordinaria, & delegata iurisdictione, vnde & illud colligit Alexander, iurisdictionis appellatione, non ordinariam tantum (quod Antonius existimat) sed & delegatam comprehendit: sed Antonij verior videtur opinio, quam & hic Iason sequutus est, ut verba in potiori significato accipiatur, idque vel maximē si vel de propria iurisdictione fiat mentio (delegata enim propria nō est) vel iurisdictionis, casus enim hic, proprietatem significat. Pro subiecta tamen materia, vox iurisdictione, etiam delegatam comprehendit, idemq; erit, si eiusmodi sit, in qua verba in larga significatione accipimus. Quo sensu Accursij Alexandriq; sententia procedit.

VLPIANVS Lib. I. regularum.

IVS DICENTIS OFFICIUM Latissimum est: nā & honorum possessionē dare potest, & in possessionē mittere, pupillis non habentibus tutores constituere, iudices litigantibus dare.

- 1 Iuridicus & iudex an differant non declaratum.
- 2 Iuridictio, & officium iudicis, an idem sint.
- 3 Officij iudicis considerationes.
- 4 Bartolus sibi ipsi repugnat.
- 5 Officium iudicis & actio an idem sint.
- 6 Officium iudicis in, an factum, Bartoli verba expenduntur.
- 7 Officij iudicis & actionis similitudines, & differentiae.
- 8 Officium iudicis filius aduersus patrem quomodo impleret.
- 9 Officium iudicis quanto tempore tollatur.
- 10 Officio iudicis conuentus recouenire potest.
- 11 Actio quando obligationem supponat.
- 12 Officium iudicis quasi obligationem supponit.
- 13 Officio iudicis filius iussor accedit.
- 14 Interpellatio, an constituatur in mora, quando iudex officio cogendus quis est.
- 15 Libellus in officio iudicis, an sit offerendus.
- 16 Iudex actionem, aut officium non impartitur, quando faciat iniuriam.
- 17 Officium iudicis extraordinarium auxilium.
- 18 Monachi Franciscani iudicis officium implerant.
- 19 Iuramenti in litem delatio cessat, in his, quae officio iudicis expediuntur.
- 20 Legis verba quando officium iudicis, & quando actionem producant.
- 21 Fructus quomodo actione, aut officio iudicis perantur.
- 22 Officium iudicis quatuorplex.
- 23 Communes opiniones contrariae.
- 24 Officij nobilitatis, & mercenarij differentia.
- 25 Libellus, in officio iudicis quando requiratur.
- 26 Iuridictio territorij, an persona conuecat.

a L. si seruus seruam. q. i. qui lex. ff. ad. laquil.
 b C. in rub. ff. de reg. iur. Dia. in prin. de reg. iur. in 6. col. 1.
 c L. si in rub. in p. de actio. col. penult.
 d Actio. in c. sua nobis. de officio iudicis.
 e L. queritor. ff. de sta. bo. l. la. q. q. man. datum. ff. de officio iudicis. in c. ubi & ep. quem.
 f L. si. q. i. locū ff. de relig. 2. c. et rub. ff. de an. ep. mun.
 g L. si. v. in prin. ff. loca. t. c. querenti. de officio deleg. Alex. in l. ut praes. ff. prius. ed. ff. de re iudi.

✻ Excudebatur Salmanticæ in officina literaria
Andræ à Portonarijs. S. C. C. M. Typo-
graphi. Anno Domini Millesimo quin-
gentesimo quinquagesimosепti-
mo, die penultima mensis
Nouembris.